UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. LXXVIII. De Argento & Auro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

col.3.de treuga & Pac. Jaſ. in l. duobus. §. Si ei. col.2.ff. de jurejur. ſecus videtur de jure civili dicendum in judice ordinario, ubi idem qvi nulliter ſententiam dixit, iterum judicare poteſt vel ejus ſucceſſor. l.1.C.de ſent. & interloc. l.6.C. Qvomodo & qvando judex. l.4.C.de Accuſat.

IV.

Arbitria ad inſtar judiciorum ſunt redacta. l.1.ff.de arb.

Ab hac regula 31. fallentias not. Socin. reg.27.

V.

ARBITRIO judicis relinqvitur qvod in Jure definitum non eſt, l.1 §. ult. ff. de jure deliber. l. in venditione 8.§.3.& 5. de bon. auctor. Jud. poſſid. C. de cauſis 4.§.1. de officio deleg. (text. eleg. in l. 1. C. divort. facto l.13.§.1. de ann. leg. Carpzov. cum alleg. 7. conſ. 6. num. 16.) Corraſ. lib. 4. Miſcel. cap.12. num.5. cum ſeqq. Neviz. in ſylva nupt. lib.5. num.74. Menoch. de arbitrar. lib.1. in proœm. num.5. & qvæſt.14. num.3. cum ſeqq. Monet. de diſtrib. qvotid. p.3. qvæſt.10. num. 4. ubi num.5. ſubdit, locum id habere non modò in Jure ſcripto, ſed & in non ſcripto, & in conſvetudine; & num.7. addit, id locum obtinere etiam qvoad pœnam. (l.1.§.1. de Effract. Non tamen iſtæ pœnæ ad mortem usqve extendendæ, niſi in delictis morte dignis, Weſenb. Parat. de Acq. Rer. dom. num.7. in fin. & ad Leg. Cornel. de ſicar. num.16. In qvibus tamen ipſis pœnæ legibus eſſe debent mitiores, Weſenb. d. loc. add. Caropz. in tr. crim. p.2.q. 69. num. 27. & ibid. cit. aliqvando tamen poſſunt eſſe graviores, l.28.§. ult. de pœn. Carpz. p.4. Conſtit. 37. definit. 2.)

VI.

ARBITRIUM regulatur à Jure, l.1. de uſur. cap. judicet 4. cauſ.3. qvæſt.7. Rot. deciſ.326. num.6. & deciſ.669. & num.1. & deciſ.698. num. 1. apud Farin. p. 2. recent. Carpzov. in tr. crim. p.3. qvæſt. 120. num. 4. Nam ubicunqve aliqvid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, ille tenetur ſervare omnes regulas Juris communis, Alex. conſ.33. num.3. lib. 1. Socin. jun. conſ.49. num. 16. lib. 2. Cravet. conſ.612. num.11. & conſ.657. n.56. Menoch. conſil.69. n. 4. & 5. Card. Tuſch. practic. concluſ. tom 1. lit. A. concluſ. 470. num. 2. Unde eſt, ut, ſi judici permittatur ſecundum liberum arbitrium procedere, arbitrium debeat eſſe regulatum ſecundum jus commune & æqvitatem, textus elegans eſt in l.30. de op. libert. add. Cagnol. in l. generaliter 78. de R. I. Alex. 5. conſ.118. num.1. Natt. 1. conſil. 155. Ferr. in for. lib. in act. real. verſ. ſummariè. num. 16. & ibi in addit.)

VII.

ARBITRIUM ſimplex licet reguletur à jure, & ſecundum arbitrium boni viri, tamen qvando dicitur plenum, ſeu liberum, tunc importat liberam facultatem, Bart. extravag. ad reprimendam, in verb. videbitur. num.3. verſ. item ubicunqve, qvem refert Card. Tuſch. dict. lit. A. concluſ.476. num.1. Menoch. de arbitr. qvæſt.6. libr.1. (nec enim neceſſitatem imponit lex, qvæ arbitrio alicujus committit, Mynſ.3. obſ.28. Nic. Boër. deciſ.344. num. 8. poſt princ. Felin. in cap. 6. extr. de præſcript.) Qvando & qvibus verbis à lege, vel ab homine arbitrium liberum ſeu regulatum Judici conceſſum dicatur, vide Aym. conſ.190. num.5. Matheſil ſing. 15. Duen. reg. 788. Benintend. Bonon. deciſ.31. Seraphin. de privil. Juram. privileg. 132. num. 13. & num. 81. cum ſeqq. Oſaſch. Pedem. deciſ.111. num.9. Roland. conſ.62. num 18. cum ſeqq. & lib. 1. conſ.59. num.32. cum ſeqq. lib.2. & conſ. 55. num.15. & à num.47. lib.3. Lancellot. de attent. cap.12. limit.10. n.8.11.& 15. Menoch. de arbitr. lib.1. q.7.8.9. & 37.

## CAP. LXXVII.

De locis Argumentorum hîc foret agendum, niſi in ſpecie pertineret ad Topicam Juris, ubi de hac materia tractabimus.

## CAP. LXXVIII.
# De Argento & Auro.

### *Axioma I.*

Aurum & Argentum habet Eccleſia, non ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceſſitatibus, cap. aurum 70.c.12.q.2.

II.

Pro argento rectè ſolvitur aurum. l. 1. C. de arg. pret. lib.10.

III.

Aurum Barbaris ſubtiliter auferendum, l. 2. C. de commerc. & mercat. nec evehendum extra Imperii fines, ad hanc rem vid. eleg. locum in Carpzov. ad Leg. Reg. cap. 8. ſect. 9. num. 1. 2. 3. 4. 5.

## CAP. LXXIX.
# De Armis.

### *Axioma I.*

Arma magis qvàm jura milites ſcire oportet, l. ſcimus 22. in princ. C. de jur. delib.

II.

Arma portare regulariter prohibitum cap. Clerici 2. de vit. & hon. cler. Novell. de armis 85. c. pen. plures fallentias vid. in tom. Reg. Jur. Francof. ſub voce Arma. nam qvi arma fert, ſtatim mali animi eſſe præſumitur, Menoch.